## **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

## **Atlas minor Gerardi Mercatoris**

Mercator, Gerhard

Amsterodami, 1610

Westphalia III tabula

<u>urn:nbn:de:bsz:31-118360</u>

Westphaliæ 111 Tabula, Frtia & postrema Westphaliæ Tabula, sicuti titulusipse præse feret, tres partes graphice delineatas exhibet, Ducatum Bergensem, Comitatum Marchia & Diocefin Coloniensem. Eas, co quo proposita funt Regio & unde ordine, percurramus. Offert se primo loco Ducarus Montensis sive Bergensis qui a Bergoripensi Opidicta. do nomen habens, incipit apud inferiorem Wefaliam, afcenditque juxta Rhenum magno ipano. Situs. Imperium Ma- De hujus autem Ducatus initio sic scribit Munsterus : Tempore Hemici Aucups Rom. Regis, nempe anno CCIDXXIV fuere duo Fratres, qui ob exhibitum ministerium honorati fuerunta rege Henrico, qui delignajerims. viteis in Westphalia certam quandam regionem, in qua senior, nempe Adolphus, construxit Castellumquoddam prope Comitatum Arnsperg, nominavitque illud Volveshegh: & temporum successu non parum cultiorem reddidit terram illam per circuitum, Opidis & vicis eam ornans. Alter quoque Frater, Eberbardas nomine, construxit & ipse Castellum, appellavirque illud Aldenburg. Crescentibus autem Fratribus Illisin potentia & opibus, creavit Rex Adolphum in Comitem, & ditionem exrexit in Comitatum, qui dictus fut Comitatus de Altena. Eberhardi quoque terram sublimavit in Comitatum Bergensem, Paullo post Eberhardus factus Monachus, tradidit Fratri suo ditionem suam , & constructo Monasterio juxta sluvium Dune, factus est Abbas in eo. Ab Adolpho & posteris ejus descenderunt Comites isti: Engelbertus, Adolphu, Engl prechtus, Adolphus. Is vero Adolphus cum nullam reliquisset prolem, ceisit Comitatus Bergensis Filio Sororis fuz, nempe Gerado Comiti Iuliacenfi. Post eum prafuit utrique ditioni Filius ejus Wilhelmus, & postWilhelmum Gerardun, post Gerardum filius ejus Wilhelmus: atque huic successit Filius ejus vocatus quoque Wilhelmus, Dux primus Iuliacenfis, Bergenfis & Dux Gelria, Successit autem et in his Ducatibus Frater plus Ramoldin, qui mortuus est anno Christicio coccxx111; mansitque post hac tempora ditio Montentis and Ducatum Iuliacenfem. Sunt qui aiunt Comitatum Montenfemerectum co tempore quando Henricus Superbus fuit depositus a Priderico 1. Anno tamen Christi C10 CCCXXXVI fecit Carolius IV ex Comitata Marchionatum, & Filius ejus Went effaus fublimavir ad Ducatum, Hacille. Est hic Imperiale, sub Montents Ducis tutela Opidum Effendus, in quo Alfridus 1 y Hildelheymenfium Praful Collegiatum ut vocant Virginum Vestalium exparernis facultatibus fundavit Cœnobium, ut sub Abbatisla educatione L11 Vignes alerentur, & xx fimiliter Canonici fub ejus loci Decano, Canonicam viverent vitam. Afyli Privilegio Abbatia gaudet, & locus in ea maxime de Borcht nuncupatus. Villæ aliquot vicinæ, ejus fubiunt dominio. Ecclefia ibi perelegans in qua Tabula exhibetur vifenda Brunii illius Agrippinatis opus. Aget Frumenti& Tritici præstantissimi ferax, unde candidus Essendiæ panis in precio est. Opidani Negotiationem etiam remotam, alii Artem Textoriam, Fabrilem complures exercent. Non alium facile reperias locum, ubi plura conficiantur scolopeta. Fontibus abundat & atro carbonario Lapide quem territorium vicinum suppeditat, potilfimum vero, qua Steltium est, ad Ruram Amnem Opidum. Est & Duffeldor pium a Duselo amne cognominatu. Atq; Prafectura xx, Blanckenborch, Lewenberh , Hitckeswage, Bornfeldt, Salinge, Lant Thergh, Duffeldurp, Steinbach, BADISCHE



WESTPHALIA. Byenbach, Mersfenle, Medman, Windeck, Syberg, Nuwenberg, Portz, Lulsterff, Monheyen, Angermendt, Er-Comitat. Marverfeldt, Borck, Sequitur Comnatus Marchia, vulgo Marck, Hunc & Ducatum Bergeniem Ubitolim infechia. diffe videntur, de quibus infra plura. Cæterum Comites Altena, eo titulo contenti fuerunt, ufque ad Adol-Imperium Maphum Comitis Friderici Altena & Montis filium, qui cum Marck fibi paraflet, se Comitem de Marckvel jorum. Marchiæ inscripsit, gessitque insignia circiter annum CIDLIII tempore Wichmanni Comitis Cliviæ. Estaptem Marchia Comitatus in Westphalia amplifstmus a Lippiæ amnis ripa versus Occasum multis insignibus Opida. Opidis, Hammone, Unna , Sulato, Tremonia, Werdena & aliis florens. De Susato & Tremonia supra egimus. Wadena in Westphaliæ aditu, ad Ruræ amnem in ditione Marckensi Opidum, occasione Cœnobii, as Lutgero ibidem instituti, initium habet, a Gulielmo de Hardenberg x 111 Coenobiarcha anno cio c c cxv 11 excitatum, & ab Engelberto Comite Marckenfi Civitatis privilegiis quibus etiamnum gaudet, donatum. Opidani rem pecuariam, unde & plurimum victitant, exercent. Agros habent lætos & compaícuos, Montes pezaltos & Silvofos, in quibus incredibiles Porcorum greges oberrare quandoque videas, & rivulos gratifsimo murmure ex montibus susurrantes. Quin & ex præterlabente Rura, commoditates haud mediocres percipiunt, unde Pifcibus, & fapidis pinguibufque abundant Anguillis. Sunt autem in hoc Comitatu Præfectura xiv Iserenloe, Huerde, Altena Boeckum, Swartenberg, Wetter, Ham, Swerten, Lunen, Hunna, Nustat, Blanckenstem, Russ, Werden, Camen. Comprehenduntur etiam hac Tabula Comitatus Waldeck, Naffau & Dillenburg, Sym, Siegen , Limburg , Altena in Comitatu Marchiae , Arnsberg , qui subest Episcopo Coloniensi , Kuningstein, Ha-Dicecesis Colonenau, Isenberg. Restat in hac Tabula Dioceesis Coloniensis, vulgo Stift Collin, cui ab urbe primaria nomen. Hanc enssis. olim colucrunt Ubis: quorum sedes primum fuisse videntur trans Rhenum ditione Marchia & Bergensi Cliviensis Principis propria: seda M. Agrippa in citeriorem ripam traductos ad victoris arbitrium ex Stabone constat. Horum ditio a Confluentibus incipiebat, ac etiamnum incipit. Dicuntur & Agrippinensa Tacito Hiltor.v. Verifimile fit nominis Vbiorum vestigium servari in pago Colonia objecto (inquit Iunius), que m Tuisseb vulgus nominat , olim fortaffe te Ubisch , & contracte Tubisch , atque inde Tuisseb ubi nobile extlat& vetultum Comobium, olim præfidiarium munimentum a Fl.Conftantino constructum, & Divitense nuncupatum. Neque veri dissimile videtur nobilem illam primi ordinis sacerdotio aram, a Tacto non demel memoratam, eo loco exflitisse, apud quam Segimundus (qui perperam Straboni Semiguntus vocatur) Segeltæ Sicambrorum Principis Filius facerdos creatus fuerat, quem postea in defectione Germaniarum, Urbes. Duce Arminio ad rebelles profugum, vittas abrupisse Tacitus scribit. Metropolisest, Agrippina Colonia 13c. (OL.CLAUD. AUG. Agrippmensium in antiqua inscriptione, quaexstat in Aldi Orthographia : & Col.A. grippina Ubior. in nummo Claudii : Col. Agrippina Ubior. Legio x1x in nummo Vitellii : Agrippinensis Legio est apud Ptolemæum: & Agrippinensis Colonia apud Suctonium & Plinium. Hodie Colln incolis: Coloigne Gallis. Coloniam dictam quidam fabulantur a Colono Trojano: alii, quod Romanorum fuerit Colonia dictam volunt : Cornelius Tacitus de ca re scribit in hunc modum : Agrippa quo vim suam sociis quoque nationibis oftentaret. WESTPHALIA.

oftentaret : in Opidum. Ubiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo issus. Ac force acciderat, ut eam gentem. Rheno transgressam Avus ejus Agrippa in sidem acciperet. Ergo utrumque nomen Agrippina & Coloma huic urbi ab Agrippina muliere datum elt arque ex eo tempore Colonia Agrippina, Cives vero Agrippinenses dici coeperunt. Romanorum deinde viribus sensim contritis ac debilitatis: Galli, Childerico Rege ductore, anno Domini CCCCXII iis omnibus profligatis & pulfis Coloniam vi occuparunt, eamque ad Ottonis 1 tempora suis habenis moderati sunt. At vero anno ccioxlix Otto Imperator Aug. Coloniam armorum strepitu Francis ereptam, Romano Imperio reddidit. Aquo tempore in hodiernum ufque diem, libera Imperialis Civitas extititit. Vrbs ad finiltram Rheni ripam fita, ambitu magna, forma primum quadrata, nunc femilunari, visu pulchra, splendore & elegantia excellens, Templis celebris, Ædium pulcherrimatum frequentia nitidissime culta, Plateis Vicisque insignis, Hortis Pomariifque hilaris, Mœnibus Turribufque valida, duplici fossa cincta, Civibus plena, Mercatorum commerciis dives, Mechanicis Artibus nobilis, Academia & studiis liberalibus illustris, arque opulentia sua plerisque Germaniæ Civitatibus anteponenda. Novesum, aliis Novesum, Nuesum Ptolemæo: Maliano Nussia, vulgo Nuys, infigne Diœcefios Colonienfis Opidum, 1 v Milliaribus ab Agrippinenfi Colonia diftans. Tacitus Legnorum gentem, Vbiis proximam constituit &in ea Novesium. Hac urbs a primordio secundis Rheni flu-&ibus irrigata, finistrum situ latus illustravit, donec Fortuna minus propitia, alveum Rheni immutans, urbemque non longo spacio adspiciens, brachium ejus usibus reliquerit. Sunt præterea in hac Diœcesi Opida & Civitates aliquot egregiæ, utpote Andernacum, cujus meminit Ammianus qui sub Iuliano Cæsare militavit, vocatque Antennacum, habet autem fitum amœnum juxta Rhenum & inter Montes. Bonna fita in planicie amœna, ubi montes Rhenenses qui a Bingio descendunt Rhenumque includunt in planiciem evanescunt .Sontina, non ignobile Opidum, & Brula vicus. In Episcopatu Coloniensi Præsecturæ decem, Arnsberg, Fredeborch , Bylftein prope Brilen ad Ortum Medebach , Fredehardeskirchen, Hoveftatt, Werle, Nehem, Balue Dominia Ratio gubernan-Wildenborch, Homberg, Hachnherg, Hardenberg. Colonia porro Vrbis Politia florentem Reipublica Romana gu-di. bernationem adprime refert. Etenim fi Confulum, Proconfulum, Cenforum, Tribunorum, Vigilum, Quaftorum, Annona Præfectorum dignitatem consideres, si rectum & inslexibilem Iustitiæ Baculum, Fascium loco, uti vulgo existimatur, receptum : si Tribuum Ordines : si Civilem Senatorum Auctoritatem observes, quasi effigiem & vivum quoddam Simulachrum Romana Vrbis, hanc Agrippinensem videbis Rempublicam : ut non immerito, nativo quodam Iure, Romanorum dicatur Colonia. Sed hac hactenus, ad alia transcamus.

Inhac

Commis manages constant

amo co cto gade, issue complex, is as Amelio pa fand misco

Contro la

Nice Part

Nela) Din closes, La